



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Cur angelorum spiritus irremissibiliter peccarent, cum carnis commixtione
non tenerentur. xlvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quod apostata angeli ante ruinam liberum arbitrium haberent. *Cap. XLIII.*

VNaqueq; enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, *Grego. in suis mora*
 tot mutabilitatis suæ motibus subiacet. Sola autem *libus.*
 natura incomprehensibilis ab statu suo nescit moueri: quæ
 ab eo quod semper idem est, nescit immutari. Nam si an-
 gelorum substantia immutabilitatis motu fuisset ab au-
 thore condita, nequaquam à beatitudinis suæ arce cecidif-
 set. Mirè autem omnipotens Deus naturam summorū spi-
 rituum bonam, sed mutabilem condidit: vt & qui perma-
 nere nollent, ruerēt, & qui in conditione perfilterēt, tan-
 tō in ea iam dignus, quātō & ex arbitrio starent: & eò ma-
 ioris apud Deum meriti fierent, quō mutabilitatis suæ mo-
 tum, voluntatis statione fixissent.

Cur angelorum spiritus irremissibiliter pecca-
 uerunt. *Cap. XLV.*

Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccaue- *Ex eisde.*
 runt: quia tantō robustius stare poterant, quātō eos
 carnis amixtio non tenebat. Homo verò idcirco post cul-
 pam veniam meruit: quia per carnale corpus aliquid quo
 semetipso minor esset, accepit. Vnde apud respectū iudicis
 argumentum pietatis est, hæc eadem infirmitas carnis.

Quod angeli custodes hominibus præpo-
 nantur. *Cap. XLVI.*

QVIA verò angeli hominibus præsint, per prophe- *Grego. in*
 tam testatur angelus, dicens: Princeps regni Persarum *suis mora*
 restitit mihi. Quod verò angeli à superiorū *libº dicit.*
 angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias perhibet
 propheta, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egre-
 diebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius,
 & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens:
 Absque muro habitabitur Hierusalem.

Quod singulis hominibus, singuli angeli dentur
 custodes. *Cap. XLVII.*

Abas Paulus simplex habebat gratiam, vt ingrediētes *Ex dictis*
 in Ecclesiam senes aspiceret: & ex ipsa facie eorum *cuiusdam*
 vniuscuiusque cogitationes, siue malæ essent, seu bonæ sen *invita pa*
 tīret. Cum ergo venisset ad Ecclesiam, & ingrederentur *trum.*
 senes, vidit eos clara facie, & læto animo ingredi, & ange-
 los eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem ni-